



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Speculum Monasticum

In Quo Totius Religiosæ disciplinæ Casus, Regulæ & difficultates clarè videntur, breviter explicantur & resolvuntur Canone, rationibus & Patrum auctoritatibus

**Philippus <a Domina Nostra Septem Dolorum>**

**Augustæ Vindellicorum, 1688**

Cap. XXXVI. De Generali, Provinciali, & Prioribus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40761**

## CAPUT XXXVI.

*De Generali, Provinciali,  
& Prioribus.*

## S U M M A R I U M.

- I. *Generalis unde dictus, & à quo potestatem habeat.*
- II. *An Generalis habeat plenitudinem potestatis.*
- III. *An possit in suis causis appellationem remota procedere.*
- IV. *An possit avocare causam captam & pendentem coram inferiore iudice.*
- V. *An possit provinciam dividere, & novam constituere.*
- VI. *An possit impedire celebrationem Capituli contra prescriptum Statutorum.*
- VII. *An possint transferre Religiosum de una in aliam provinciam, vel*

ad Ordines mittere, non monito Provinciali, aut Priore.

III. An Priorum, Provincialis, & Generalis, sit eadem jurisdictio & potestas.

IV. An possit constituere Commissarios pro libito in provinciis, non obstante residentia Provincialis bene & recte gubernantis.

V. An Priores, Provinciales, & Generales sint Prælati immediati.

VI. An Provincialis sit caput provincie.

VII. An inferior Prælatus possit dispensare in lege Superiori & e contra.

**G**eneralis Prælatus, cujusvis Ordinis, ita appellatur à subditorum generalitate & causarum ejus Ordinis, quia ejus officium consistit, ut super omnes professos suæ Religionis, etiam Novitios, Tertiarios & familiares conventus secularis, potestatem habeat punire, castigandi & corrigendi in omni genere causarum, temporaliter & spiritualiter, modò quæ causa non sint illi à Sede Apostolica prohibita;

hibita; dicitur ergo Generalis, quia omnibus  
præest, *Rodericus tom. 1. q. 12. art. 5.*

Potestatem suam habet immediatè à Papa jure humano, & mediatè à Deo jure divino, quia omnis potestas est à Deo. Ratio primæ partis est, quia ad Papam spectat, approbare Religionem. *Cap. ne nimia de religiosis domibus. cap. religionum eod. tit. in 6. extr. av. g. sancta Romana.* Ergo ab eodem Superiores recipiunt potestatem jurisdictionis, sicut Episcopi & ceteri Prælati: enim hanc haberent immediatè à Deo, illa non posset efficaciter impediri à Papa, qui tamen est summus Superior omnium Regularium, & aliorum Generalis, Provincialis, & Prior: Ergo illis immediatè hanc potestatem communicat. *Rodericus tom. 1. q. 22. art. 6. Sotus lib. 8. de justit. q. 5. art. 1. Bordon. resolut. 2. n. 3.*

II. Generalis cujuscuq; Ordinis existat, non habet plenitudinem potestatis, quia ille tantum dicitur habere hanc potestatem, qui in suis causis non tenetur alicui reddere rationem, cur ita faciat. *Baldus l. 2. C. de serv. & aq. & l. imperator. C. qua sent. rescind. non possunt.* Idem autem est plenitudo potestatis & absoluta potestas: sed Generalis tenetur rationem reddere non solum Papæ, sed & Capitulo generali cui subijcitur. *Bord. resolut. 78. n. 43.* tum, quia habens plenitudinem potestatis, potest derogare legibus etiam sine causa, nec illis subditur, at Generalis nihil horum potest, & legibus Ordinis subditur secundum

omnes: ergo non habet plenitudinem potestatis. *Bordon. resol. 80. num. 7.*

Habet tamen plenum jus super Religiosos sui ordinis, quia ille dicitur habere plenum jus super eum, qui illum regere & corrigere potest spiritualiter & temporaliter: sed Generalis, tam in spiritualibus, quam temporalibus, regit, & gubernat totam Religionem; ergo habet plenum jus. Hæc non repugnant præcedenti decisioni, quod est enim regere subditos spiritualiter & temporaliter, & aliud pro suo arbitratu illos gubernare sine dependentia ad majorem superiorem, cui reddenda sit ratio de facta administratione. *Gloss. Verb. pleno jure cap. cum inter 13. de rebus jud. & Verbo eodem cap. 2. de privilegiis.*

Habet etiam merum & mixtum imperium, quod merum imperium denotat gladium seu jurisdictionem criminalem ad corrigendum, & puniendum subditos; mixtum vero importat jurisdictionem civilem ad ea, in quibus proceditur astitando, distribuendo communia, & dandis iudicijs quod suum est: *l. Imperium ff. de iur. omnium judic.* Sed clarius: Imperij meritum cognoscere de criminibus, mixti vero de Civibus, sed non solum Generalis & Provincialis, & in multis Prior cognoscit facta suorum subditorum, tam criminaliter, quam civiliter: ergo habet merum & mixtum imperium.

III. Nul-

III. Nullus superior regularis, etiam Generalis, in quacumq; causa, potest procedere contra subditos cum illa clausula (*appellatione*) si sit sermo de jure communi: quia hoc est speciale jus Principis, ut tradit *Roderic. tom. 1. q. 2. art. 13. & habet Gloss. verbo provocationis cap. super. 27. de off. deleg. per l. 1. ff. a quibus appellari non licet*. Ea enim clausula solus Princeps utitur jure vero Privilegij Generales procedunt cum illa clausula, appellatione remota, & hoc videtur satis conforme rationi, quia Generales, in causis subditorum, procedunt magis paterni amore, quam Judiciaria severitate, castigacionem non intendentes, sed vita potius emendationem: dicta tamen clausula non impedit appellationem legitimam, supponens certum gravamen in appellante, quia appellatio est species defensionis *cap. cum speciali. 61. §. porro de appellat. ibi, ad presidium innocentie*. Defensio autem est unicuiq; concessa de jure natura, & vix licet repellere: hæc autem clausula intelligi debet de appellatione illegitima, & frivola, & vana in causa, in qua nullum est gravamen. Generalis autem in delegatione suæ facultatis non potest causam, committens hanc clausulam, ponere, quia, ut supra diximus, est solius Principis, neque id licitum est Legatis à latere. *Bordani resol. 80. n. 14, 15. & 16.*

IV. Prælati major sine causa legitima non potest ad se avocare causam coeptam, & pendentem

tem coram inferiore iudice, aliter peccat mortaliter, facit enim contra iustitiam, & avocatio est invalida & nullius momenti: Avocatio vero intimanda est Judici cum expressione causae, propter quam fit avocatio: aliter Iudex inferior bene procedit in causa, & valide profertur jus suum.

Quod non possit avocare, probatur, quia, si Iudex ille inferior sit Prior, causa erga subditos est illi prima, cum sit primus, & immediatus Iudex ordinarius suorum subditorum. *Cap. 1. q. 2. cap. quanto. cap. cum ab Ecclesia de Offic. Ordin.* & hoc de iure communi; ergo sine causa hanc illi Jurisdictionem auferre non potest, quia nullus ordo confundendus est; dicitur vero, si unicuique propria non servetur Jurisdictio *cap. pervenit. 36. q. 1.* tum, quia maior in hoc non dicitur superior minor; nam, si se minor bene gerit, in hoc non auferitur majori, nisi in aliquo defecerit, tum, quia Superior Inferioris factum auferre non potest, neque poenam tollere, aut mutare *ex Trident. 4. cap. 1.* ergo multo minus avocare causam: quia enim subordinationis id postulat, ut unusquisque cognoscat propria jura, & in illis nullus turbetur. Quod peccet mortaliter, probatur, quia sibi usurpat jurisdictionem alienam, in hoc casu, cum non subsit causa, nullum jus habet per causam pendentem; qui autem usurpat alterius *II.*

m terius

terius jurisdictionem, peccat mortaliter: ex *D. Thom. 2. 2. q. 60. art. 6.*

Quod sit contra justitiam, est certum, quia laeditur jus tertij, ut accidit in hoc casu, professus enim, quoad electionem de se factam in religione, & quoad jurisdictionem in subditos, non caret propriè velle & nolle, neq; mundo mortuum est, non obstante voto obedientiæ, sed vivit, etiam per obedientiam renuntiavit actibus voluntatis à Superiore dependentibus; tamen respectu aliorum, quæ ab ejus jurisdictione & superioritate non dependent, suam retinet liberam voluntatem, ut in actibus jurisdictionis sub jure ordinario competentibus.

De nullitate avocationis probatur, quia censetur facta ab eo, qui non habet potestatem ita faciendi, neque ad id ejus potestas se extendit efficaciter, cum sit usurpativa: atqui factum sine potestate & usurpative valet nihil, quia valor actus non solum pendet à voluntate, sed etiam à potestate agentis ex *cap. cum super. 33. de Offic. de legat.*

Quod intimanda sit Judici, probatur, quia avocatio est aliqualis species appellationis, cum fiat favore subditi, qui interpretativè censetur appellare, sed appellatio fit coram giudice inferiori ad superiorem, consequenter sciente, & ipso monito *cap. ut debitus 59. de appellat. & cap. cum speciali 61. de recusat. Judicis ordinarij.* Unde avocatio sine monitione facta est nulla, quia



Prælati, avocans jus, acquirit super causam me-  
diante admonitione, & quasi appellatione, sine  
quibus Superior, ad quem jus, non acquirit super  
causam alterius.

Ex quo infertur, quod iudex non admonitus,  
potest benè proseguere tuum iudicium; quia ad-  
huc retinet suam potestatem, & jurisdictionem  
super causa cæpta; revocatione enim jurisdic-  
tionis non est sublata, nisi iudici innotescat *l. si  
quis ff. de off. Præsidis.*

V. Generalis, qui non habet expressam, pro-  
hibitionem, potest novam Provinciam consti-  
tuere, vel grandem in duas dividere, vel addere,  
vel detrahare Conventus, & unire alteri Provin-  
cia. Generalis enim est absolute Prælati, non  
solum Religiosorum, sed etiam bonorum, &  
omnium Conventuum sui Ordinis. Verum qui-  
dem est, quod id præstare non potest sine consen-  
su, & assensu illorum conventuum, & Provin-  
ciarum, quibus aliquale præjudicium affertur:  
quia, quod omnes tangit, ab omnibus approbari  
debet, & nihil est faciendum in præjudicium al-  
terius sine ejus consensu, ita *Bordonus resol. 88.  
c. 1. f. 1.* dicens, novam non posse erigi Provin-  
ciam, imo neq; veterem legitime posse dici Pro-  
vinciam, nisi ad minus habeat sub se decem Con-  
ventus, in quorum singulis habitent ad minus sex  
professi: & rationem affert, quia si tres personæ  
requiruntur ad Collegium aut Conventum faci-  
endum, ergo multò plures conventus requirun-

tur ad constituendam Provinciam: & confirmatur, quia hæc pluralitas locorum, & Professorum necessaria est in Ordine ad electiones Superiorum, Officialium, & subditorum, neq; enim ratio dicitur omnes futuros esse Superiores, & Officiales, sed neq; omnes esse subditos, sed partim Officiales, partim subditos.

VI. Generalis non potest simpliciter prohibere celebrationem Capituli contra Constitutionem præscriptam, neq; illud differre, nulla legitima subsistente causa, & si de facto prohibear, aut differat sine causa, Provincialis cum suis vocalibus potest procedere ad illius celebrationem, & in eo acta valida erunt. Ratio prima partis est, quia ipse non est supra constitutiones, sed illis inferior, & subjectus: consequenter Capitula prohibere non potest, neque prorogare tempus in constitutionibus præscriptum, & determinatum, quia Capitulum generale illas condidit, non Generalis, qui est inferior Capitulo generali. Iusta vero subsistente causa id potest, quia licet sit subjectus constitutionibus Capituli generalis, in casibus tamen urgentibus, & propter bonum commune Religionis hoc poterit. Ratio II. partis, quando irrationabiliter prohibet, est, quia tum Provincialis utitur jure suo, tum, quia prohibitio irrationabilis & nulla, nullum potest parere effectum, nec suspendere Capitulum; tum, quia nemo prohibere potest quod sibi non noceat, & aliis prodest *l. 2. §. idem ament.*

de aqua pluvia arcend. Multum autem pro-  
 celebrationes Capitulorum, ergo in eis pro-  
 dertere potest Provincialis, non obstante illicita  
 superioris prohibitione, quæ cum nulla repu-  
 tanda sit, rectè infertur, omnia gesta in tali Capi-  
 tulo esse valida, eo, quod censentur facta cum  
 omnibus requisitis. *Bordon. resolut. 58. n. 7.*

VII. An convenienter Generalis transferat  
 Regem Religiosum, ab una ad aliam Provin-  
 ciam de uno ad alium conventum, in scio Priore,  
 et ad Episcopos, sive pro Confessionibus audi-  
 endis, sive pro Ordinibus suscipiendis? Respon-  
 detur, hac in parte consulenda esse Religionis sta-  
 tum, & dico, quod posito prius, quod diximus  
 in 4. cap. præcedenti de potestate, quod quid-  
 am facit major, non admonito minore, incon-  
 venienter dicitur factum, sed non nullum, tenet  
 enim, etiam si sit illicitum, quia tunc tollitur  
 subordinatio illorum inter se, & consequenter  
 subordino; subordinatio enim est quædam ordinis  
 species, quæ si destruitur, statim oritur confusio,  
 & vulgatis Juribus; tum, quia minor habet jus  
 naturale super omnes suos subditos, ergo illo in-  
 casu non potest auferri à majore, tum, quia sub-  
 ditus utriusque communis est, ergo ad remotionem  
 utriusque; requiritur ex decentia consensus:  
 unde colligitur, non esse licitum majori remo-  
 vere subditum ab obedientia minoris, transfe-  
 re illum ad alium conventum, aut prov in-  
 am, non admonito utroque Superiore, neque di-  
 mittere

mittere ad Confessiones, ordines, predicaciones, aut studia &c. sine participatione superioris subordinati, sive sit Provincialis, sive Prior, qui melius aliis cognoscit idoneitatem, & mores dimissi, cum ipse sit semper cum illo praesens, & cognitionem habeat experimentalem, & aliter se gerens, sive Generalis, sive Provincialis aliquam Priori desert injuriam, & debitum pervertit ordinem, si unicuique propria non servatur jurisdictio, *cap. pervenit 36. 11. q. 2. Bordon. salut. 66. n. 5.*

Provincialis autem non potest mutare Religiosum aliquem de uno conventu transferendo ad alium, si talis Religiosus fuit constitutus de familia in hoc conventu à Generali cum prohibitione illum tollendi, quod si simpliciter fuit collocatus de familia, absque prohibitione poterit removeri à Provinciali, juxta exigentiam Provinciae aut Conventuum. *Bord. supr. num. 27, & 28.*

VIII. Tanta potestas aut jurisdictio non est in Priore, quanta in Provinciali, neque tanta in Provinciali, quanta est in Generali, sed alius alio majorem habet, propter subordinationem, quae non esset inter pares, qui non possunt subordinari ad invicem, neque unum alteri, par enim non agit in parem, neque par in parem habet imperium *cap. innotuit 20. de elect. l. nam & magistratus ff. de arbitr.* Est ergo inter dispares, ut unus alteri referri, & subesse possit in ratione potestatis

potestatis, & obedientiæ: Generalis autem  
 omnem habet potestatem non solum extensivè,  
 sed & intensivè in iis, quæ expressè non prohi-  
 bentur à Papa: Provincialis vero minorem ha-  
 bet, tantam tamen, quæ sufficit, & potens est Pro-  
 vinciam regere, nisi in aliquibus expresse prohi-  
 beatur, vel à Generali, vel à Capitulo aut statu-  
 tis. Prior minorem omnibus habet, tantam ta-  
 men, quanta sibi necessaria est pro regimine sui  
 Monasterij in iis, quæ præcipue illi non prohi-  
 bentur, & hoc totum propter supradictam sub-  
 ordinationem: *Bordon. sup. n. 6.* Potest tamen  
 Provincialis facere quodcumq; potest Prior, &  
 Generalis, quidquid efficere potest Provincialis  
 ordinario; nam jure delegato multa posset  
 facere Prior aut Provincialis, quæ non posset  
 facere Generalis. *Bordon. sup. n. 13.* Superior  
 tamen localis de jure communi habet liberam  
 administrationem rerum sui Monasterij, & in  
 subditos plenariam potestatem *cap. nullam 18.*  
*q. 2. Bordon. resolut. 82. n. 9. & 11.* unde dicitur,  
 habere potestatem quasi Episcopalem, si aliàs  
 non limitatur à Prælati majoribus, *Peyrinis de o-*  
*bediatio. q. 1. cap. 21. §. 2. concl. 1. & de Prælato.*  
*q. 1. cap. 4. n. 3.* Provincialis vero eam omnem  
 potestatem erga suos subditos, tam jurisdictionis  
 ordinariæ, quam delegatæ, & juris communis,  
 habet, quam Episcopus erga suos, quia non mi-  
 norem curam gerere debet Prælati regularis  
 erga suos, quam Episcopus respectu suorum.

Prælatuæ enim regulares majores, & Episcopales æquiparantur; & de utriusque idem iudicium faciendum. *Bordon. resol. 88. num. 3. Gloss. verbo regularis cap. ne pro defectu 41. de elect. per cap. si quis deinceps 16. q. ult. Lexana tom. 2. cap. 13. n. 26. & idem dicendum de Generali potiori ratione.*

IX. Generalis pro suo lubito, & sine causa Commissarios non potest constituere in Provinciis, aut conventibus, non obstante residentia Provincialis in Provincia, & Prioris in conventu, si bene & rectè gubernant, frustratorij enim sunt & vani, cum qualibet Provincia sufficienter, & benè regi possit per suos Provinciales, sicut Conventus reguntur per suos Priores, & frustra factum dicitur, quod jure fieri non potest: tum, quia delegare est committere *cap. cum te 18. de Offic. deleg. ibi: si super causa, qua tibi ex nostris delegatione committitur*, sed delegatio non fit nisi legitima subsistente causa: *cap. inter cetera de Offic. Ordin. cap. si pro debilitate de off. deleg.* Sed hic nulla est legitima causa; quia Priores in Conventibus omnibus possunt occurrere negotiis, & Provinciales in sua Provincia unusquisque æquè bene & commodè gubernare potest, & providere in casibus accidentalibus; ergo frustratorij sunt Commissarij.

Sunt tamen quidam casus in quibus utilis, & necessaria est institutio Commissariorum, v. g. quando occurrit casus appellationis subditi a Priore

aut Provinciali ad Generalem; vel à Prio-  
 re Provincialem, vel quando orta est aliqua  
 difficultas inter Provinciale & Priorem; tunc  
 Commissarius est necessarius ad litem ci-  
 vilis terminandam; Unde sic limitate possunt  
 iurisdictionem, sed non ad omnia negotia, & residen-  
 tiam, quia aliter læderetur maximè ordinaria  
 Provincialium iurisdictionis; & videtur inepta, &  
 continens provisio Commissarij super unum  
 locum, quando Prior se bene gerit, & id  
 modo possunt præstare, nec Provincialis,  
 Generalis; quia hoc esset auferre potestatem  
 iurisdictionem à Priore sine causa. Præterea horum  
 Commissariorum institutio pervertit debitam  
 ordinationem servandam inter majores &  
 minores superiores, quæ dicitur, superiorem ma-  
 iorem sine causa non posse, nec debere limitare  
 iurisdictionem ordinariam minoris: Atqui cau-  
 sa legitima non videtur assignabilis in constitu-  
 tione huiusmodi Commissarios permanentes.  
*de iur. iudic. sol. 66. num. 32.* Unde rectè inferitur  
 quod facere superiores majores, qui sine causa  
 iurisdictionem patribus licet gravibus dant Commis-  
 sarios permanentes super Provincias aut Mona-  
 chias, quando Provinciales aut Priores bene se  
 gerunt; illis enim non levi faciunt injuriam  
 faciunt illos aliis, quibus de jure non debent  
 subiecti, & restringentes auctoritatem illis  
 concessam, & sine dubio pervertitur ordo  
 iurisdictionis, & gubernationis, si unicuiq; non  
 m 5 ser-

servatur quod sibi proprium est: *cap. pervenit 36. 11. q. 1.* Consulantur tamen pro hac doctrina cujuslibet Religionis statuta.

X. Prior in suo conventu est Ordinarius, & ad eum spectat 1. correctio ex *cap. corripiantur 14. q. 3. cap. ea que de statu Monach. cap. quanto ad off. Ordin.* quia potestas Monasterij est in Priore & Abbate *cap. nullam 18. q. 2.* & ideo est iudex & Prælatus immediatus suorum subditorum: Provincialis dicitur immediatus Provincie Generalis vero immediatus totius Religionis in fratribus. Itaq; immediatio respectu Superiorum Majorum est fratrum magis in genere, & in communi, quam in specie & in individuo, quæ est Superioris localis. *Bordon. sup. num. 37. & 39. & resol. 88. n. 4, & 5.*

XI. Provincialis verè dicitur caput totius Provincie, & in illa tota residere ac si habitatio-  
ne materiali ubiq; esset quoad suam potestatem, quia cum omnibus Superioribus localibus concurrere potest ad negotia, non solum totius Provincie in genere, sed etiam in specie singulorum conventuum, & ubiq; domicilium actuale, ubi sibi placuerit, constituere, & mutare *Bordon. resol. 88. num. 14.* apud nos vero extra tempus sue visitationis informato conventu (ubi stricte viget regularis observantia) commorari cœnetur, ut ibi se bonorum præbeat exemplum juxta paragraphum 7. *cap. 14. 3. part. const.*

XII. Præ-



III. Prælatus inferior non potest dispensare in lege Superioris, regulariter loquendo ( ut jam dicitur in cap. præcedenti n. 21. loquendo de potestate Prælatorum ) cap. cum inferior 16. maneat, neq; inferior potestatem habet in Superiori. Dixi, regulariter: Nam in certis casibus inferior potest dispensare in lege superioris, scilicet, I. quando ad hoc habet licentiam aut privilegium, II. In re parvi momenti, III. In his, quæ sæpe occurrunt, ut in jejuniis, festis &c. quando supervenit aliqua magna, &urgens necessitas, & superior adiri non potest, V. in casibus, quæ legibus non reservatis.

Superior vero factum seu pœnam aut privationem inductam, sive in judicio, sive extrajudicialiter, ab inferiori, dispensare aut tollere non potest, ut verbis expressis Concil. Trident. sess. 14. dicitur. Hoc autem intelligitur, quamdiu superior privans est in officio; nam finito officio, superior major potest gratiam facere, quia cum sit in alio officio, nullam illi injuriam facere dicitur, neq; dicitur illius auctoritatem contemnere, cum jam expiraverit.

*Bordon. resolut. 66.*

*n. 7, & 8.*



CA=